



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 31.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Scriptura
frustra cita-
tur, nisi in-
telligatur.

non capiebant, velamen oculis oppositum erat, ne verum intuerentur. Nunc si hereticos audias, omnes scripturas profitentur, omnes scripturas citant, sed nemo intelligit. Cum Deus se Deum Abrahami, Isaac, Iacobi, profiteri non dedignetur; nequaquam eorum qui omnino non sunt, aut pulueris se Deum dicant, hoc namque contumeliosum est. Sed Deus est vivorum. Insigne igitur documentum est, nihil professe scripturas, nisi etiam gratia scripturas intelligendi sit data. Hieron. Epist. 13. c. 4. T. 1.

Et Tom. 4. l. 6. in Proem. in Ezechielem. *Heretici ipsa non moritur, heretici autem contra nos odorum suorum carul s derelictis: qui nostra simulantes genitricis antiqua, & pellacis Vlyssis venena non deserunt: labiaque tantum melle circumlinunt, & iuxta eloquia scripturarum: mollium verba sua super oleum: ipsi autem sunt iacula, & iacula ignita, quae scuto fidei repellenda simul, & extinguenda sunt.*

Hac ipsa venena ex fragrantibus divinarum sumunt scripturarum floribus.

Et Tom. 2. Epist. 101. Apostolos in scripturis, non verba quaesivisse, sed sensum. Et l. 16. comment. in c. 69. Isa. Iudeos non sensum, & factum, sed folia in scripturis quaerere. Et in c. 23. Ieremiae T. 4. Non solum, inquit, in hereticorum conciliabulis haec reperta sunt, sed in Prophetis quoque, Ierusalem, id est doctoribus Ecclesia vidit similia, siue horribilia, adulterantium verbum Dei, & ingreditur per viam mendacii: ut hereticorum fallacis, ac quiscerent, & confortarent manus pessimorum.

§. 2. Non nubent, inquit, neque nubentur, Graecismum imitatus est verus interpres, γαμήν, & γαμήν, & dicunt. Tertull. de resurrectione carnis. Nonius apud veteres ait verbum nubendi apud veteres viris, & foeminis fuisse commune. Non refutavit Christus consequentiam. Nam etsi septem eam habuerint, poterat eam accipere primus, vel retinere ultimus, & eius rei dari aliqua ratio. Caeteris aliae uxores dari. Sed Christus totam illam carnalem ac crassam cogitationem eripere voluit. Ideo simpliciter respondit errare eos. Non enim opus esse generis humani reparatione, cum sint futuri immortales, Cerinthiani tamen in vita futura carnales voluptates suis proponebant sectatoribus, ut & nunc Mahomedani faciunt.

VERSUS 31.

De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est à Deo dicente vobis.

QVÆSTIO I.

Quomodo Christus probat resurrectionem mortuorum?

§. 1. **D**ictum est à Deo dicente vobis, inquit, in Graecis non est *ἐγώ*, neque in Syro. Sed transpositum est *ἐγώ* in *ἐγώ*. dictum. Ego sum Deus Abraham. & Exo. 3. 5. & v. 15. & 16. Non est in Hebræo, sum, sed subauditur.

Cum ergo non sit Deus mortuorum, eorumque, qui non sunt, sequitur Abrahamum vivere.

Mitantur multi cur locum tam obscurum ad probandam mortuorum resurrectionem attulerit. Nonnulli respondent. Ex Mose responsum reddi, quia Moyses legem illi citavit. Alij putant solius Moysis libros ab illis receptos, ideo usum esse testimonio, quod apud ipsos esset authenticum. Nam Iosephus ait eos præter legem nihil servandum dicere. Verum non puto probabile cæteras Scripturas eos contempsisse, cum enim quotidie Psalmi Davidici in templo canerentur, & aliorum Prophetarum scripta legerentur,

non fuisse admittendos ad religionis & sacrorum communicationem, si Prophetis non credidissent, at iam non modo in consilio sacerdotum confidens, verum etiam summi aliquando sacerdotes fuerunt, ut Annas Luc. 4. 16. 17. Act. 13. 15. & Iohannes filius & successor Simonis Maccabæi. Cum verò Iosephus dicit antiq. l. 13. c. 18. Eos præter legem nihil servandum existimare, hoc ille non de Prophetis, sed traditionibus interpretatur: nihil enim novum Prophetæ servandum præcipiebant. Traditiones ergo Phariseorum irridebant, libertate legitima vsi, sed libertate abusi sunt ad cupiditates & licentiam carnis, vitata superstitione athei, & dum humanas leges superstitiones, & observantias irridunt, magis profanè quam pie in legem Dei peccarunt.

§. 2. Sadducei videntur cæteros libros sacros pro authenticis non agnovisse, nec tamen omnino reiecit, sed velut viles historias bonorum virorum, non absque errore tamen tolerasse, Psalmos cecinit, & Prophetas legisse, eo modo quo nunc hymni & cantica spiritalia, historias sanctorum legimus, ita tamen, ut in Canonem eas non referamus. Negavit Prophetas docent Epiphanius. Philastrius, Damascenus. A Dositheo oriundi erant, qui primus est Iulianus repudiare Prophetas, ut habet Epiphanius heresi 13. Hieronym. dial. adversus Lucifer. Philastrius & Damascenus consentiunt. & Tert. l. præscript. adversus hereticos: p. 401. Quæ ex re apparet, quanta fuerit Ecclesie corruptio, cum in eius visceribus ille pestis haberetur: simul etiam se prodit Phariseorum improbitas, qui hos collegas habebant, & Christum tamen violatæ legis accusabant.

Deinde præter hanc auctoritatem etiam ratio ipsa hoc docet: si enim Prophetas agnovissent, quomodo poterant negare Angelos, animarum immortalitatem, & præmia, pœnasque post hanc vitam? ita enim perspicue illa docentur, ut negandi locus nullus sit relictus. Quamquam autem in Pentateucho non desint de Angelis certa testimonia, illa tamen facilius eludere poterant, ut dicerent, homines aliquos, aut quasi semihomines fuisse, animalia quædam rationalia.

§. 2. Cum homines dicit fore tamquam Angelos, nequaquam eos facit incorporeos, sed alia vita feliciores asserit. Lucas æquales Angelis fore dicit. Manebit ergo corporum natura, sed mortalitas detrahetur. August. l. 22. de civit. c. 17. corporibus illis vita detrahetur, natura servabitur, erunt membra foeminea, non accommodata vsui veteri, sed decori novo, quo non alliciat aspicientis concupiscentia, quæ nulla erit, sed Dei laudetur sapientia, atque clementia, qui & quod non erat fecit, & liberavit à corruptione quod fecit.

Æquales igitur Angelis futuri sunt eo modo, quo inter se pares sunt beati: omnes enim immortales atque incorruptibiles, in summa beatitudine degent vitam æternam, dignitate, & alijs rebus inter se differentes.

Athanasius q. 24. ad Antiochum, non modo sensum suum diversitatem, sed mutam etiam ex corporibus notam negat. *ὅτι περὶ οἱ ἀγγελοὶ μὴ εἶναι, καὶ οὐκ ἔχειν σώματα. ὅτι πνεύματα καὶ οὐκ ἔχουσιν σώματα. ὅτι πνεύματα καὶ οὐκ ἔχουσιν σώματα. ὅτι πνεύματα καὶ οὐκ ἔχουσιν σώματα.*

Iustinus quæst. 112. statum dicit fore, in quo neque esca, neque potio, neque matrimonium est, sed Angelis Dei similes erunt resurrectionis filij.

Tertullianus ut non moriantur, nec nubant, per denudationem corporum futurum ostendit. Quam pag. 693. autem mortui resurgant: siue & confirmetur.

do esse, quod negabatur, id est, resurrectionem mortuorum apud Deum viuorum, talen quoz, cum confirmabat esse, qualis negabatur. viri, scilicet, substantie humane. Neg, enim si nuptur res negatur, ideo nec resurrectionem demonstrauit. Filios autem per resurrectionem quodammodo nasci dixit.

Et i. ad vxorem. c. Transfertur dicit in angelicam sanctitatem & qualitatem. Quod c. 62. contra Valentinianos exponit. Non dixit: erunt angeli, ne homines negaret, sed tamquam angeli, vt homines conseruaret. Errat tamen, dum angelis corpora tribuit.

§. 4. Deus etiam mortuorum dicitur Rom. 14. 9. non igitur conuenit Magistro & discipulo. Quoniam hic etiam mortuorum, ille verò tantum viuorum Deum esse pronuntiat. Respondeo. Nō esse Deum mortuorum, quales mortui cēlebantur a Saduceis: Corpore nimirum & anima. Spiritum enim, & angelos, & animas negabant, omnia interire cum morte arbitrati. At Paulus vocat Deum mortuorum, hoc est, vita terrenā defunctorum, secundum optimam sui partē viuentium. Chrysost. πῶς δὲν (pag. 615.) φησὶν ἀλλὰ χεῖρα καὶ πόδα καὶ στήθιν κτελεῖται: ἀλλ' οὐκ ἐστὶν ἐν αὐτοῖς τὸ ζῆναι. Quomodo igitur alibi dicit: vt & mortuis & viuus dominetur? Sed non est hoc illi contrarium: Hic enim loquitur de illis qui victuri erant. De resurrectione vide Iustini apologiam ad Iustinianum. Aug. de ciuit. l. 13. c. 20. & l. 10. c. 29. Epiphanius contra Appellianos.

§. 5. Cyprianus Episcopus. 27. de lapsis, ad mortuos spiritaliter accommodat. Absit enim, nec domini misericordia, & potestas eius inuicta patiatur, vt Ecclesia esse dicatur lapsum numerus, cum scriptum sit: Deus non est mortuorum, sed viuorum.

§. 6. Occurrunt illi, qui resurrectionem mortuorum inficiantur, contra Dei sapientiam arguti, & aiunt. Deus Abraham dicitur, non iam viuens, sed eius qui olim Abrahamum defendit, & ab eo cultus est.

Respondeo. Inter viuos manere fœdera, itaq; si Abraham non est, nec Deus est illius Deus. Iustin. apologia 1. pro Christianis. sunt igitur illi, quorum Deus sc Deum nominare dignatur.

Athanasius de communi essentia patris & filii, pro Christi diuinitate hunc locum vrget. Volens autem Saluator ostendere, quod non solum spiritus vocat, Christum Dominum, sed quod ipse Christus Dominus ac Deus sit, interrogatus hæc verba: præceptor quod est primum mandatum? dicit ei: diliges dominum Deum tuum, & scriptum est: Dominus Deus vnus est: secundum autem mandatum. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Tum responsum dedit Iudeus. Recte locutus es magister: Deum vnum esse. Hoc autem dixit vt Deitatem filii inficiaretur. Seruator autem volens dominatum suum, cum dominatu patris coniungere, percunctatur ex eo, de Christo quid sentiret, & cuius eum filium esse diceret, ita vertit interpret. In Græco est τὴν κρείττην ἀπὸ σου λέγει τὴν ἀρετήν. Videtur tamen latina lectio esse melior.

Idem Athanasius de assumptione hominis secundum carnem esse Davidis filium, secundum diuinitatem filium Dei in virtute, & Davidis dominum.

§. 7. Epicuri sententiam esse, quam Saducei propugnabant, constat. Tert. de resur. carnis c. 1. p. 677. Nihil esse post mortem Epicuri schola est, ait & Seneca omnia post mortem finire, etiam ipsam. Deinde vero addit: si vero & apud aliquos scita est, Epicureis magis affinis, quam prophetis, scimus quid audiant à Christo Saducei. Alios deinde nominat Saduceos partiaros sententia illorum.

Hic partiaros vocat sententia Saduceorum, alios Saduceos, Marcionitas & Apellitas, vt l. 3. aduers. Marcion. Cum partiaris erroris cui Iudeis. Adiungendi illis Basilides, Valentinus, Saturninus, Ophites, Carpocrates, Marcus Colarbalus, Cerdo.

Dimidiam eos resurrectionem agnoscere dicit: solius animæ, aspernatos carnem, sicut & dominum carnis. Ideo etiam Christi carnem negauerunt, & eos vocat alterius diuinitatis hereticos, quia præter Deum creatorem fingebant alium Deum, patrem Christi.

Vide præscript. aduers. heret. c. 46. Hæc ergo hæreticis, Herodianis, & deterrimis philosophorum communia fuerunt.

VERSUS 35. 36. 37.

Et interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum: Magister, quod est mandatum magnum in lege? Aut illi Iesus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mēte tua.

QUESTIO I.

An lex caritatis seruari possit?

§. 1. Saduceos semper æmulos, & inimicos, cum Spudore discessisse gaudebant Pharisei, & sibi insigne argumentum contra acres disputatores supeditatum. Quomodo ex toto corde Deum diligere, & qui caritatis sint gradus, docet Bellarm. lib. 1. c. 6. de amissione gratiæ, & statu peccati. Pelagiani docebat, posse perfectē hanc caritatem seruari. Catholici distinguunt: Triplex est perfectio. Prima, nec semper actu diligentium, vt beatorum: hæc excludit omne peccatum. Secunda, Dei causa omnia deferentium, seq; illi deuotum: hæc est consilij, non præcepti perfectio. Tertia, omnia deferere paratorum potius, quam Deum offendere, hæc præcepti est. Nec secunda, nec tertia excludit omne peccatum, sed tantum crimen, quod caritati ita aduersatur, vt cum ea nequeat cōsistere. Quotidiani autem sanctorum defectus amicitiam, quæ homini cum Deo est, non abrumpt.

Pareus dum cæcus contra Bellarm. fertur. valde magnam Caluinismo plagam imponit. Assumptio in obiectione Pelagij hæc est: Sancti debent & possunt esse perfecti in hac vita. Probat: id enim præcipit Deus. Quod verò præcipit Deus, id debent sancti præstare, & quia non frustra præcipit, possunt. Responso Parei. Intelligendam assumptionē de perfectione secundū quid. Deinde ait: præcipitur quidē perfectio absoluta, ad quam velut ad scopum indices contēdamus, sed non sequitur, quia præcipitur, quod in hac fragilitate obtineamus. Argumentum hinc solidum in Caluinistas ducitur. Cū sancti in hac vita debere & posse perfecti esse dicuntur, intelligitur perfectio secundū quid, ea; præcipitur, non prima illa, quæ est angelorum, & beatorum, solum. n. præcipitur, vt ad illam contēdamus, non vt hic possideamus. Nisi dicat etiam multos ea causa damnari, quia nō sint perfecti sicut angeli, & beati. Non igitur propriē præcipitur, ne sit villa concupiscentia, ne vllus delicti motus innitis obrepat, ne vnquam mens ab actuali Dei dilectione defleat, sed illa vt scopus ostenduntur. Non ergo illæ sunt ἀπορίας, quæ non contra τὸν νόμον, aliud. n. non exigit νόμος, quā perfectionē secundū quid. Aut igitur Pelagij argumentum non soluit, aut soluendo suam hæresin destruit.

Neq; verò illud parum momenti habet, quod adiungit de perfectione graduum & partium. Maior est, inquit, vera de perfectione graduum, minor de perfectione partium. Itaq; hæc vera est. Sancti debent, & possunt esse perfecti, perfectione partium, non perfectione graduum. quid verò est perfectio partium? quid perfectio graduum? Carechismus eius q. 17. perfectio graduum est perfectus obedientiæ gradus quæ lex requirit. Perfectio partium est initium obedientiæ, & opponitur hypocrisis.

Quid

Gradus caritatis

Perfectio graduum & partium.